

*(1452, etwa zweite Jahreshälfte).<sup>1)</sup>*

Nr. 2725

*Provinzialmeister und übrige Väter und Brüder der vier Bettelorden an einen höheren Geistlichen.<sup>2)</sup>  
Sie übersenden ihm eine cedula, auf deren Grundlage er in der Kontroverse zwischen ihnen und  
NvK einen friedlichen Kompromiss vermitteln solle.*

*Kopie (15. Jh.): BERLIN, StB PK, Ms. theol. lat. qu. 207 f. 374r; zur Hs. s.o. Nr. 1992.*

*Druck: Rose, Verzeichnis II 608.*

*Erw.: Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 256f.; Nr. 2343 Anm. 23.*

R. p. provinciales ministri ceterique patres et fratres quatuor ordinum Mendicantium vestri in Christo devoti suis devotis paternitati vestre pro suo pio desiderio in domino Iesu semper oblatis oracionibus eandem v.r.p. humilime exhortantur et rogant, ut in mediis per v.r.p. ad faciendum pacem inter r. in Christo patrem dominum et dominum Nicolaum tunc sancti Petri ad vincula cardinalis apostolice sedis legatum et dictos patres et fratres captandis ita semper predictis patribus et aliis provideatur, ut in nullo 5 preter vestre r. paternitatis intencionem contra suorum ordinum privilegia subtiliter ledantur, sed ut singula iusto arbitrio preter cuiuslibet iuris lesionem recte procedant, quia dictorum 4<sup>or</sup> ordinum patres et fratres in nullo volunt nec intendunt reformacioni eis debite et necessarie resistere seu dicto r.p. debitum honorem subtrahere, sed pocius sibi in omnibus, ad que de iure astricti fuerint, condescendere et pie quiescere.

10

Quapropter, ut v.r.p. tamquam pacis zelatori de certis gravaminibus eis coram iudice meliori tamen semper salvo per dictum r.p. contra eorum privilegia et ipsis minime deserentibus illatis lucidius constare poterit, istam eidem r.v.p. presentant cedulam, in qua nonnulla quedam premissa a treuga concernuntur conscripta gravamina una cum quadam petizione annexa, quam quidem cedulam petunt humiliter per v.r.p. recipi et absque capcione iuris cuiuslibet mature rimari.

15

---

11 iudice: *em.* iudicem.

<sup>1)</sup> Das Datum ist nicht näher auszumachen. S. die Vorbemerkung zu Nr. 2720.

<sup>2)</sup> Mit Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 257 ist Eb. Dietrich von Köln als Adressat anzunehmen.